

Infecto ita morum censor et Latinorum sophus Seneca libro de Tranquillitate animi, capite tertio, graviter pronuntiabit: *In hac tam insana hominum ambitione, tot calumniatoribus in dexteris recta torquentibus, parum tua simplicitas est.* Nec crediderim levior esse hoediamen hominum ambitionem, ut nuntiores de proximis cogitationes habent; inò vero quò ipsi in peccata proniores in dies sunt, è ad actiones aliorum sinistre ac temerario judicio interpretandas procliviores feruntur, sive quia virtutem alienam quasi delictorum suorum exprobrationem versantur, sive quia ipsi vitis detulit ex suo animo omnes astimant, et proprio pede metuntur; sive deinde quia aliquorū vituperationem suam esse laudem arbitrantur. Sic Pharisei invidi, ne Christi miraculūs convincerentur, ipsum in Bezelbub principi demoniorum ejicere demona jactabant, Luc. 4, 15; erant quippe filii Satanas illi qui Job erga Deum officia non sine pretio benigna, sed mercede conducta esse petulantēs criminabatur. Unde subdit:

VERS. 10. — NONNE TU VALLASTI EUM (1), AC DOMUM
EJUS, UNIVERSAM SUBSTANTIAM PER CIRCUITUM, OPE-
RANS MANCUM EJUS BENEDIXISTI, ET POSSESSIO EJUS CREVIT
(2) IN TERRA? Malitiosè prorsus diabolus hic confirmata
nititur quod praecedenter versus paulo ante objecerat,
nempe Jobum minime gratis aut animo ingenuo ac
liberali, sed lucri causa ad instar mercenarii condicto
quasi pretio Deum colere ac venerari; quapropter
singularia quedam Dei erga Jobum beneficia commen-
torat, quibus quodammodo ejus operam emisse aut
conduxisse videtur. Quid diam agit, tam Deo quam
Jobo plurimum detrahit: Deo quidem, quasi nullos
veros ac sinceros, sed fictos duntaxat et mercenarios
amicos habet: Jobo autem, quid non virtutem col-
leret, sed mercatura exercebat. Perfecta enim vir-
tus et ratio postulat, ut Deum propter se, non tam
compendii nostri quam ipsiusunit bonitatis et pre-
stantiae causam observemus. Ceterum eleganti admu-
menti metaphorā fatus, Satan se nihil adversus Jobum

(1) Jam subiecti Satanas, quanam sint, propter qua
Judeus servat Deo, beneficia nimurum dicit, quia hic
individuissimum commemorat. בְּרוּךְ יְהוָה sepsiſtis (con-
verbum Ol. 2, 8, et simile infra, § 25, necnon nomen
miseritatis קַרְבָּלָה, macerit, iunctum Isla. 5, 5, circa eum
(ut Thren. 3, 7, וְאֵת, sepsiſt circim eum), inaccesso
quasi munimento obseptum eum protegit. Chaldeus :
*Verbo tua protecisti circa eum. Syrus : Tu obexisti
manum tuam super eum. Quod Arabicus interpres bene
sie reddidit : Tu custodisti eum manu tua. A circuite,
circumquamque, Syrus et Arabs, in omni loco. Pendet
aducit a verbo, וְאֵת, בְּרוּךְ יְהוָה sepsiſt, opus manus ejus, id
est, omnia ejus negotia, ut Deut. 2, 7, Agag 2, 14.
(Rosenmüller.)*

(2) **V**er Propterea id est, immensum excrevit et auctum ita est, ut quasi infra septa contineri non possit. Metaphora ducta ab aquis et fluvius, obiecit prefringentibus et latefusis; vid: 2 Sam. 5, 20, *ruptura aquarum*. De infinitudo longe latèque sed diffundente nostrum verbum usurparunt utique Genes. 28, 14, 50, 45; Exod. 1, 42. Alatitudinis: *Kai τα κύριν στόλοι πάντα εποίειν απ' τον* Vulgata vetus: *Et pecora ejus multa fecisti super terram.* Hieronymus: *Et possessio illius crevit in terra.* Chaldeus: *Et possessio eis crevicerat in terra.* (Rossmuller.)

pravaleere unquam potuisse, et quod singulari Dei protectione tanquam vallo quodam singulariter circumdatur: *Vallis, inquit, eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum.* Quasi dicat: Tam firmo et potenti presidio ipsum et bona ejus interna tunc externa munivisti, et in circuitu eius quasi muro quodam adamantinum cinxisti, ut omnis ad ipsum tentandum et oppugnandum adiutorii mili hacenius planè fuerit occclusus. Deum enim electis suis murum, et quidem adamantinum igneumque, existere scimus divinitus omnibus ostentum, et in primis Amos 7, 7: *Ecce, inquit, Dominus stabat super murum litum, quod Septuaginta significantius reddunt, super murum adamantium.* Non modo velut membra ex adamantea se hostibus obicit, verum ipsa in excubii agit, et in manu ejus adamas, hoc est, clypeus adamantinus gladiusque. Arma omnia ex adamante, ut divini presidii robur vinegia invicta intelligentiam Hie etiam spectat quod Zacharias ore Deus ipse pronuntiat, c. 2, v. 5: *Ego ero, at Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloria ero in medio ejus.* Quid igitur mirum si Job tubus omnino erat, quem adamantinus et igneus hic murus tegebat et custodiobat? Circuens frat, ut ipse fateatur Satan, tanquam leo rugiens lupus qui famelicos terram universam, querens cibis alias quam electum, quo jejuni animi rabiem explorat; ubi autem ad Jobum, quem saeibus suis jampridem de sinistrâ, pervenisset, adamantinum igneumque divina protectione murum sibi objectum vidit. Si oppugnare Jobum vellet, per medios ignes gradiente, quorum astu evenire afflaborat, et irrito conatus ejus in fumum et cinerem abibant, Dum ergo Satans frustri Jobum circuebat et circumsonaret, ipsius Deus in gloria erat in medio ejus, rediens piam animam tranquillam, gloriosam, victricem, triumphantem. Hoc igitur est quod Satan apud Deum gravissimum conqueritur, nempe Jobum tot undique coelestibus iuxta ac terrenis preventum ac repletum esse beneficioribus, tamque firmo divini presidii vallo circumdati, ut nullum unquam hacenius accessum ad tandem ipsum aut oppugnandum inventare potuerit.

Verum hic non levis occurrit dubitatio, quomodo videlicet Satan conqueratur divitias et terrenarum rerum abundantiam obstatculo sibi ac impedimento fuisse, quominus Jobum hactenus oppugnare valuisse, cum per se alius maximum ad homines ad quaevis vita et peccata pertinerebant adjumentum et momentum afferre videantur, utpote quae faciem ad omnem scelus viam sternunt, et voluntatis concepitus intentio ac pabulum subministrent? Nam qui volunt divites fieri, inquit Apostolus, 1 Tim. 6, incidunt in tentationem et laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, que mergunt homines in interitatem et perditionem. Et Veritas ipsa dicit, Matth. 19, 25 Quia dices difficile intrabit in regnum celorum. Et iterum dico vobis, facilius est camem vel foramen aethera transire, quam diutinem intrare in regnum celorum. Item alio loco dividitis spinis confort, que semper verbis Dei sufficiunt, dicens, Luc. 8,14: Quod autem in spiritu

cedidit, hi sunt qui audierunt, et à sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vite exentes suffocantur, et non referunt fructum. Ecce tibi divisit per ipsiusmetum testem spinæ sunt, ad vulnerandum acutissimum, et per adendas animas apissimam Satane instrumenta; cum ergo conqueritur eas sibi ad tentandum Jobum tuus impenitudo? Expende tantum ejus verba, quibus maximum inesse emplasim fatur Pindar, et facilem inveneris hujus dubia solutionem: *Vallasti, inquit, eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum.* Utique non in corde, non intime precordios infixa habentur divisitae; sed exteriori pro vallo ac segmento serviebant, et sic ipsum muniebant. Non intima fodabant aut lancinabant, sed exteriora coronabant, ac tali vallo circuncingebant, quod nulla belua quantumvis ferox pertransire aut transire illo modo potuisse. Hac facta illud D. Augustini in Psal. 105, concione 4, dicentes: *Repusul est tentator, obseruator est capit ejus, penetrare non potuit ad cor; muraram civitatem civitatis oppugnat, sed non expugnat.* Jam, ut opinor, aliquo modo capis mysterium; sed hoc ut plenius intelligas, velut illud quo manifestissimum ex oculis notis, quemadmodum spinis velide picea, sicut in interiori area frumento frigibusque permixta nascantur et crescent, ipsammet aream turpissime fodant, et universa semina suffocant; et si non ipsi aree visceribus excipiunt, sed deloris duxatax illi circumpontantur, ita ut eam undique cingant et coronent; tantum abest ut aream tunc illo modo deturant, aut frigibus officiant, quin potius maximo tunc illi sine emolumento atque ornamento, dum pro vallo et segmento serviant, que aream ipsam munient, et sometent tutam ex foecundam conservent. Par modo ac ratione spinosae divisitae si intimis radices agant praeordios, et in ipsomet animi sinu anxiis vita lugis sollicitudinibus et curis foventur, venient presestis pestes, que animorum nostrorum depopulatrices, que quibuslibet spinis nocentis ac truculentis divini verbii sermonem in nobis penitus sucofent desipienteque; at si corde nequamque expiantur, nec affectus illis adhucrescat, sed ad Dei gloriam, et in pauperum ac egernorum subdium prudenter impendantur, tunc simul ornamentum sum ac munimento non secus atque agris sepes validissimam, quas nulla unquam belua noctura transili. Ex dictis facili colliges propositi dubio solutionem, et simul intelliges, cur divisitae, que laquei esse solent pedibus insipientibus, S. Iohannes (upto sapienti) minimè nocuerint, sed potius proficerint, juxta illud Ecclesiastica 7, 12: *Utilior est sapientia cum divisione, et magis prodest videntibus solem.* Ut autem discessus quam ponat sapientia ubi stiles reddit divisitas, ac facere possit ut res aliquo adeò extitales proficiant ac salutares, audi Salomonem in Proverbis dicens, 14, v. 24: *Cronae sapientiam divisitae eorum, id est, opes et facultates sapientibus coronas immarcescibiles parunt, quia dum eis pauperibus distribuant, ex iis ex parte sibi ipsi glorie corollas plectunt.* Non ergo male sunt divisitae, ut fanatici quidam ha- retici olim docerunt, sed mala et pestifera ea carnis cupiditas, que in avaro corde oritur, et suffocat mente Dei. Si enim omnus inordinatus divitiarum affectus absit, nec ipsa cordis intimo thesaurizantur neque in area occulcentur, sed in pauperes prudentes ac liberaliores erogant, nequamque nocturna, se plurimas in omnem partem possessori suo allatura sunt commoditates, cique in hac vita contra malorum onus incursum munimento, et in futuro seculo erunt semper interne elicitatis coronamento. Quamobrem Apocalypsis supra citatus non dixit divisitae incidere in temptationem et laqueum diaboli, sed eos qui divisitae revolant, hoc est, qui cordi infixum habent amorem diuitiarum, de quibus Ecclesiastes ait, e. 10, v. 10. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam.* Hic enim a animam suam secularem habet, quoniam in vita sua projeicit intima sua. Cave igitur tibi, ne intima tua possit deputatio divisitiarum: dum enim hac intima corde tui tenet, nullum bonum inde non projicit; nullum malum ibi non parturit. Verum ubi cordis intima non cupitudinē immolatur, sed soli Deo consecrantur, divitiae nequamque obsunt, sed multas afferunt utilitas, quemadmodum Ecclesiastes ait, c. 5, v. 18, e. 18, *omni homini, cui dedit Deus divisionis atque substantiationis potestatemque ei tribuit, ut comedat ex eis, et fruatur parte sua, et latetur de labore suo, hoc est dominus Dei.* Non enim satis recordabitur dierum vita sue, ex quo Deus occupet delicias eorū. Ecce tibi hominem prædivitum Dei beneficio honorum omnium copia circumfluentem, et ad invidas usque opulentem; qui tamecum nulla penitus sollicite et arruinosse vita spicula sentit, nequillus unquam meminit molestitudinis aut animalitatis. Hoc enim indicant ista verba: *Non recordabitur dierum vita sue,* in oppositionem istius divisitiarum, qui insomnem ducens noctem siebat, Luc. 12, 17: *Quid faciam, quia non habeo quo congregem fratres meos?* Et dixit: *Hoc faciam: Destruam horreum meum, et majora faciam, et illisc congredagbo omnia quanta sunt mihi, et bona mea; et dicam anima mea: Anima, habes multa bona postis in annos plorios, etc.* Confer modo divitiam cum divite, et quanta inter illas intercedat differentia evidenter cognoscetis. His de numero annorum vita sue, quibus bona, qua deposita habebat plurima, sufficere possint, deque horreis cum destruendis tunc instaurandis totus anxious et sollicitus, nullam neque die neque nocte quietis partem capiebat; illi vero è contra omnis expers sollicitudinis omnikrue curavans, nihil de horreis, nihil de sarcitatis aliisque rebus sollicitus praे exuberantem animi tranquillitate nullas penitus sentit molestias, et vice recordatur dierum vita sue. Cur igitur dum alter ita curis anguit, ut inter illis pereat, hic è diverso nulla divisitaria detrimenta pertescit? Causam veram de Ecclesiastes: *Eo quid Deus occupet delicias cor ejus.* Scilicet non divitiae, sed Dei cor ejus appetitum, eisdemque nullam sollicitudinem, nullam animi molestiam aut perturbationem, etiam inter divitias, palebat sed summa mentis tranquillitate, summaque latitudo et iugis gaudio prefruebat. *Felix omnino ille cuius pre-*

corda Deus occupat! siquidem hunc etiam immense dixit ariusque ingens copia non ad perditionem aut interitum, sed ad summam felicitatem animique beatitudinem conductum. Cum itaque diabolus non ignoraret, quantum dixit viro sapienti ad virtutes maximas subsidium afferrent, hoc imprimis satgebat, ut tanto presidio Jobum spolaret, quo faciliter ipsum in maleficentia crimen impelleret. Quapropter ad Deum ait:

VERS. 11. — *SED EXTENDE PAULLUM MANUM TUAM* (1), ET TANGE (2) CUNCTA QUE POSSIDET. Videbat inimicus Satan nihil unquam rebus rationibusque Jobi haec-
nus adversum aut contrarium accusasse, sed ex voto, vel potius supra votum ita illi prosperè fluxisse omnia, ut ad beatitudinem et plenam hiujus vita felicitatem nihil amplius desiderari posse videbatur. Beneficia enim munificissimum Numinis manus ad benedicendum semper extenta prevererat cum in beneficioribus dulcedoibus, et plenum tam spiritualium gratiarum quam temporali bonorum copie cornu in ipsum liberalissime effuderat, nec ullum unquam flagellum adversitatis appropinquaverat tabernaculo ejus. Huic ergo tante Jobi in amissimis dixiti sanctitati, tantoper ab ipso collaudata, invidiens diabolus, ut eam quemadmodum antea calumniatus fuerat, minime veram ac solidam, sed lucratum duxat ac mercenariam fuisse comprobaret, rogat Deum, ut manum suam, quam haec tenetis ad benedicendum protenderet; modo conversus aliquantisper extendat ad flagella, quibus de illis in verâ religione constantia periculum faciat. Felix namque status multa persepe contigit vita, que profut arsumos. *Extende*, inquit, *paululum manum tuam*. Ergone verbô id demoni exiguum quid et paululum est, cum regi opulentissimo tot tantegite dixit ac delice, charissimam præterea filii filioque cum regno ipso, eoque florifissimo, et quod amplius est, una cum salute corporis auferuntur et perduntur? Ita prostris, quia nimis id solum quod ad animam spectat demoni in pretio est; unde quodcumque corporis rerumque damnum externum, quantum quantum ille sit, nanci floccum facit ac pro nihilo reputat, quemadmodum Didymus in Catena Graeci scilicet observavit dicens: *Vide quam veterotestam quanquam simulat non dicit: Mibi permittit, sed: Tu factio.* Imbecillitas enim sue probè sibi conscius est; ubi enim magi Dei potentissima vis non adest, prorsus infirma et imbecilla sunt universa. Ex hac itaque demonis postulatione manifeste colligetur, ipsum nihil omnino cuiquam, nisi permissa Dei, nocere unquam posse, tantumque carnificem esse, qui nemini, nisi de Iudicis sententiâ, supplicium aut plagam ultimam irrogare valeat. Quod magno viri probis solitus esse debet, quoniam diabolum reorundem, qui nullum ipsi, nisi de benignissimi mississimum Patris corum voluntate inferre potest detrimentum. Quapropter in Apocalypsi à Deo alligatus dicitur his verbis 20, 2: *Et apprehendit draconem, serpente antiquum, qui est*

(1) Phrasis τὸν μάναν ενίστη in aliiquid, b. 1, in malum usupratum, ut sapienti, veluti Exod. 5, 20, 9, 15; 1 Sam. 24, 6, 10, 22, 17; Ps. 55, 21. (Rosemuller.)

(2) Id est, perde, παίσαι, digna improbitate veterotestam Satanae. *Tange*, nempe ad ladanum, ut Gen. 26, 11; simile Ps. 144, 5 et Ps. 103, 15. *Ne tangite christos meos*, synecdoche, generis. (Synopsis.)

diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille; ubi jure merito in vinculis retineri dicitur, quandoquidem nulli unquam vel in minimo nocere, neque quemquam aggredi, aut invadere, nisi Deo concedente, possit. Idem de omnibus etiam aliis nostris adversariis intelligendum est. Nam nec ulli homines, quantumvis flagitosi ac malitiosi, detrimento esse enīquum possunt, nisi à Deo licentiam quodammodo obtineant. Unde Lahan cūm Jacob fugientem persequeretur, Gen. 51, 24, vidit in somnis dicentem sibi Deum: *Cave ne quidquam asper loquaris contra Jacob*; que res non immērit viris probis in protectione Dei coll' communioris, dum ab iniiciis suis contumelias et injurias patinatur, maxime debet esse consolationi. Cum igitur demon stat siaret, inō explorator penitus haberet, se nūl omnīo, nisi Deo permittente, adversus Jobum unquam prævalitum, hoc imprimis satagit, et omnibus quibus potest modis flagitat, ut nimis Deus protectionis sue manum à Jobi facultatibus nonnullis detrahat dicens: *Extende, pantulim manum tuam, et tange cuncta que possidet*. Ex quibus verbis aperte colligitur, quām parvi res omnes fluxe ac caduce vel ab ipsomet demone astimentur, cūm omnes Jobi dixit, quantumvis amplissima ac planè regis, sub isto adverbio *pantulim*, comprehendantur: *Extende*, inquit, *pantulim manum tuam*. Propris nimis manibus non satid fidi, se à Deo petit ut suā Jobum manū flagellat, quia dæmonum manus noverat esse inimicas prius divinis, quemadmodum Didymus in Catena Graeci scilicet observavit dicens: *Vide quam veterotestam quanquam simulat non dicit: Mibi permittit, sed: Tu factio.* Imbecillitas enim sue probè sibi conscius est; ubi enim magi Dei potentissima vis non adest, prorsus infirma et imbecilla sunt universa. Ex hac itaque demonis postulatione manifeste colligetur, ipsum nihil omnino cuiquam, nisi permissa Dei, nocere unquam posse, tantumque carnificem esse, qui nemini, nisi de Iudicis sententiâ, supplicium aut plagam ultimam irrogare valeat. Quod magno viri probis solitus esse debet, quoniam diabolum reorundem, qui nullum ipsi, nisi de benignissimi mississimum Patris corum voluntate inferre potest detrimentum. Quapropter in Apocalypsi à Deo alligatus dicitur his verbis 20, 2: *Et apprehendit draconem, serpente antiquum, qui est*

(1) Εἴη si, h. i. est *jurantis* sequi deontatum formula solemni, sic faciat nisi Numen et sic addat vid. 1 Reg. 20, 10, 25. Conf. Num. 14, 25; Jos. 14, 9. Jerem. 22, 6. Alexandria et Vulgatis: ἡ παῖσαι, certi; in Hebr. 6, 14, 72-73 *Contra faciem tuam*, quasi in os tuum, non amplius corde tantum sed, abjecta omni Numinis reverentia, palam profitebitur, vanum esse, Deo servire, ut illi Malach. 3, 14. Recit observat A Schultens, hanc phrasin *contempnitionem* simili alterre, et quasi insultationem in os, coll. infra 21, 31. De γέρεβος, *valedictum*, renunciatur est, tibi. (Rosemuller.)

(2) Alii hunc locum alter exponunt: *Benedicere* hic posse sumunt, et sensus est: Manifestum fieri quod ante tibi benedixerit, non in vero corde, sed in faciem, sive aperte, vel ad oculum tantum, (ut illi οὐδὲν αὐτοῖς) (Rosemuller.)

eain reficiens vitandi mali omnis et religiosus causi fieri solet; quapropter *διεπαίπει*, id est, *bona omnia*, vocatur, in sacris litteris non infreqvēs, cū res odiose atque execrabilis honestis vocabulis vestiuntur atque occultantur. Ita Didymus hunc locum expedit, in Catena Graeca, dicens: *Verbum adhibuit speciosus*; *Deum verbo asperiore figere videatur*. Et Olympiodorus ibidem: *No, inquit, Scriptura dicit: Benedic; sicut de Naboth scriptum est 5 Cleg. 12, 10: Benedic Deum et regem*. Similiter D. Chrysostomus hom. 4 de Patientia Job: *Benedicxerit, inquit, id est, maledicxerit. Etenim Scriptura benedictis maledicta velabit*. Quod statim ad morum doctrinam transferens: *Et quare, inquit, haec scripta sunt? Ut tu fidelis discas, cūm alieni mali turpa narraveris, eādem verborum honestate velare, neque chonesteris turpus operam praebens, sed turpum locationem fugiens, juxta illud Apostoli Colos. 5, 9: Deponite turpem sermonem de ore vestro*. Si similiter interpretatur Titulmannus, additum idem contingit in aliis quoque rebus detestandis, quales sunt morbi graviores ac terribiliores, *epidemia et apoplexia*; è quibus illam *Dei domum*, hanc *regum mortuum* veteres appellabant, ne propriis rerum execrabilium nominibus uterentur. Quan interpretatione Pineda quoque noster ad hunc locum sequitur. Nec satis capio, cur nostro Martino Roa lib. 1 singularium Locorum cap. 9, appendice 1, cum humani contemplatione (ut ipse loquitur) minimè conveniat, cūm expositor per antiphrasis seu contrarium sensum nec insolens sit nec infreqvēs in Scripturis. Sic etiam Hebrewi, juxta hanc loquendi formulam, mala que in adiunctionibus imprecabantur inimicantur quidem dicens: *Hoc faciat Deus, et habe addat* 1 Reg. 4, 14, non tamen exprimebant, aut nominabant, ne mala fando mali omnarentur, ut hinc etiam discamus inter loquendum ab infastis verbis, et molestian auditori allaturis, abstineri, atque omnem incivilem et illorum sermonem ab humanis ac seris colloquiis amputare, juxta illud Pauli Ephesios monitum c. 4, v. 29: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*. In Graeco est, Ήλίας δέ, ουτεπί, propriè, *omnis sermo patris*, hoc est, obsequus; atque in eā re tantum religionem adhiberi cupit, ut non modò immunndia omnis et turpitudi ab sit corpore, sed *ne nominetur quidem, sicut decet sanctos*. Itaque D. Paulus tam vereundos esse cupit in sermone Christiano, quos vocat sanctos, ut ne nominetur quidem ab illis *turpitudi*, id est, ut Syrus verit, *obscenus, seu dictum impurum*. Terullianus vocat *spurciloquum*; S. Hieronymus *solicetismum magnum*; scribens enim contra Helvidium: *Apud Christianos, inquit, solecismus magnus est et vitium, turpe quid narrare*.

(1) Eph. 6, 6) more hypocitarum, Matth. 15, 8, ita ut imago quedam apparuerit, non pondus, obsequi. Dices verbum γέρεβος futurum esse, Resp: Solent Hebrewi constitutendum vel habendum per futurum tempus explicare. (Sanctius.)

At quam ob causam impudens demon, et ad prohra audacissimus, non aut maledicxerit, sed *benedicxerit?* Num diabolus quoque comis est et urbanus erga inimicum Numen, nisi fortè religiosor vult haberi, ut tutus ferat; quod artificium nocendi est, et nequitiz ingenium? Verum post tot enumerata in Jobum beneficia noluit dicere *maledicxerit* munificum benefactorem, sed *benedicxerit*; ne vel infamem ingratiitudinem verbo tenuis usurpare (sic in speciem vitia ingratiitudinis ignominium, ut se commendet apud homines); sed speciosum vocabulo fedaingratiitudinem pominavit. Quasi vel ipso damno indignum facinus sit, ingratis verbum referre, ac si diabolus declinet rusticatum hujus vitii, et impudentiam ingratiitudinis impudentissimus Satan exhorreat. Tam execrabilis impietas ingratiudo est, ut cui grata est execrabilior impietas impium judicet verbo tenuis ingratiundi communicare. Et qui nunquam vitium satur est, fastidit hoc vitium, et cui impieatis pro corona sit, ingratiundinem reputat contumeliam, utpote vitium vel diabolico indecorum.

Pures alias aliorum interpretationes ad hunc locum vide apud Pinedam et Sanctum qui illas accuratè expendunt; quas brevitas causa non recenseo, ne actum agam, et ut tanto citius qui Satane postulationis Dei responderint intelligamus.

VERS. 12. — *DIXIT ERGO DOMINUS AD SATAN*: Ecce universa que habet in manu tua (1) sunt: TANTUM IN NVM EX EXTENDAS MANUM TUAM. Petiter precedenti verso Satan à Deo ut munificam benedictionis suae manum à Jobi aliquantisper abstraheret, et univera que largè profusioe in Scripturis. Sic etiam Hebrewi, juxta hanc loquendi formulam, mala que in adiunctionibus imprecabantur inimicantur quidem dicens: *Hec faciat Deus, et habe addat* 1 Reg. 4, 14, non tamen exprimebant, aut nominabant, ne mala fando mali omnarentur, ut hinc etiam discamus inter loquendum ab infastis verbis, et molestian auditori allaturis, abstineri, atque omnem incivilem et illorum sermonem ab humanis ac seris colloquiis amputare, juxta illud Pauli Ephesios monitum c. 4, v. 29: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*. In Graeco est, Ήλίας δέ, ουτεπί, propriè, *omnis sermo patris*, hoc est, obsequus; atque in eā re tantum religionem adhiberi cupit, ut non modò immunndia omnis et turpitudi ab sit corpore, sed *ne nominetur quidem, sicut decet sanctos*. Itaque D. Paulus tam vereundos esse cupit in sermone Christiano, quos vocat sanctos, ut ne nominetur quidem ab illis *turpitudi*, id est, ut Syrus verit, *obscenus, seu dictum impurum*. Terullianus vocat *spurciloquum*; S. Hieronymus *solicetismum magnum*; scribens enim contra Helvidium: *Apud Christianos, inquit, solecismus magnus est et vitium, turpe quid narrare*.

(1) Id est, in potestate tuā. TANTUM IN EUM NE, etc. Eum potestim Satana limitatum esse. Ab eum, i.e., vel corpore, vel animam, ejus. (Synopsis.) Non solum intelliguntur possessiones agrorum et pecuniarum, verum etiam familia universa, servorum, sutorum, etc. Unde Scriptura narrat pueros, id est, servos ejus partim gladio hostili percussos, partim igne colesti consumptos; imo filios et filias riniā dominis oppresso. Neque tamen universi Satan usus est hæc potestate sibi data. Nam uxori ejus percepit ad hoc, ut per illam provocaretur ad blasphemiam. Peperit etiam manus malorum, que intulit sancto viro (quo existimandum est de familia ejus fuisse, id est, servos ejus, quia aliorum interitum ministrantes, dicunt se solos effugisse); peperit, inquam, qui sic animus sancti viri de repente perturbatus factus, inclinaretur ad impatentiam et blasphemiam contra Dominum. Neque enim semper ultor diabolus omni sua potestate corporaliter nocendi sibi permisit, sed scilicet partim in corpore, ut gravias nocat in anima, velut dum cessat a maleficio maleficorum intervenerit, aut signis amotis. (Estius.)

aliquo intervenisse colum seu fascinum, quo hominem
ructum jacturam aut corporis crucias perpeti quidem
viris esset, reip̄sa tamen neque in corpore plaga
ullam, neque in facultatibus detrimentum aliquod
accipesset. Quamobrem non sibi soli Deus Job proba-
tionem exercitationemque reservat, sed ipsiusme
diabolum patientie illius vexatorem atque perfectam
virtutem exploratorem constituit, quando ejus potestas
manibusque cuncta Jobi bona possessioenesque permisit,
ut easdem pro libitu perderet, destrueret ac dis-
paret, ne charissimis quidem pignoribus, quorum
interitus plissima patris visera maximè velocabat, al-
hac crudelissima lamia exemptis. Nam solim hanc
vice Jobi personam Satanae furori odioque Deum non
huius esse subjectam, quamquam et illam postea adhuc
in omnibus his que ad corpus spectant gravissime
exandam et torquendam permisit, ut mox videbatur
ex. Ex eo autem quod tam etiam Deus petitione da-
monis annuerit, non male colligit S. Augustinus
hadouquaque cursum propitiū Numinis esse argumen-
ti si statim annuat postulatis, neque semper irata
esse Dei evidens indicium, si non illatio præstet petita.
quandoquid non raro negat propitiū quae concedi-
rat, quemadmodum Tractatu 6. et in Epist. Joan-
nini cap. 1. his verbis et exemplo Jobi confirmat:
Diabolus, inquit, petit Job, et accepti. Petri Apostoli
lus ut auferetur ab eo stimulus carnis, et non acce-
pit. Sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus.
Apostolus enim exauditus est ad salutem, et nisi non
ad voluntatem; diabolus exauditus est ad volunta-
tem, sed ad damnationem. Ideo enim concessus est
iste tentandus, ut eo probato esset ille cruciandus.
Optime item ex hoc loco S. Gregorius lib. 2 Moralium
cap. 6 infert ac probat, nil omnino demoneum ad-
versus hominem posse vel anderu nisi Deo permis-
tente, confirmatique exemplo legionis demonum, que
in porco quidebat intrare poterat sine Christi per-
missione. (Expellente, inquit, de homine, legio dice-
bat, Luc. 8, 53: Si ejicis, mitte nos in porcos.) Qui
enim per seipsum ire in porcos non poterat, quid
mirum, si sine auctoritate manu sancti Job domum
contingere non valebat? Sic ille. Porro ad hunc
oculum.

Notandum primò, Deum neque in Jobi facultates, neque in poros ipsis potestatem ullam dañum permisisse, nisi prius ilam postulasset, ut nimur intelligeremus voluntatem tentandi atque nocendi esse quidem in dañone, permissionem autem a Deo. Si quidem dañon est qui ad malum semper instigat, et tot quod potest afflere hominibus detrimenta molitur; at Deum est, qui id justis nobisque utilibus de causis permitit, ut nimur mens nostra semper in suo sit ad virtutem curia honestissimaque vigilia, ne quando in languore et desidium et improbum ullum factum delabatur. Tentatio enim homini diligentie ac gravio est eorum virtutis, actionumque praestantissimorum vivus aculeus, quam proinde D. Chrysostomus in Psal. 123: ἀντεῖ πρωταρχίαν φύλαξσιν, id est, contumaciam philosophie exercitationem, jure merito appellat.

Notandum secundò, longè quidem alia intentione
damones petere facultatem ad homines tentandos
alià verò intentione Deum hanc si concedere; illi
enim tentandi nos facultatem postulant, ut gravissime
noceat, et quanta possunt maxima inferantur
detrimento, idque ex immani quadam odio ex pessimissima
voluntate quā humanum genus prosequuntur. Permit
vit verò Deus id optimas honestissimasque ob causas,
nonnquamquidem ex motu justitiae, ut pro de-
licitis nos puniat, ut plurimum verò ex amore ac be-
nevolentia prorsus singulari, ut nos erudit, atque in
omni genere virtutum illustriores efficiat. Nam ut
prudenter sapiens filius Sirach ait, Eccl. 54, 9: *Qui
non est tentatus, quid seit? cui consentit pulcherrima*
D. Augustini sententia, serm. 72 de Temp., dicens:
Nescit se homo, nisi in tentatione discat se. Absque
illà quis vigor sit animi, quis illustrum sit splendor
feliciorum, quo gloriose victoria voluntas premium
necesit, quemadmodum elegansimè Cassiodo-
rus, lib. 1, Epist. 23, pronuntiavit: *Latet sub otio lau-
dabilis fortitudo, et dum se probanti non habet
spatium, occultus est lucis totu[m] meritum.*

Notandum tertio, Deum nequam diabolo permittere, ut simul ac semet omnem quam posset ingratentationem, vi ac dolo homines seducendo et in partem suam cogendo, sed validè limitatam et viribus nostris auxilio divino roboratis proportionatum tenet concidere facultatem, iuxta illud Apostoli 4 Cor. 10, 15 : *Fidelis autem Deus est, qui non patietur nos tentari supra id quod potestis, sed faciet eum contumaciam preventum, ut possitis sustinere.* Recit enim Abbas Serenus apud Cassianum, collatione⁷, cap. 10, disputat ac docet, nullum alia sanctorum posse spiritali nostrorum hostium suffere nequitanum, insidias occurre, crudelitatem sustinere, si non certaminis nostro clementissimus arbitrarius atque agnoscenda praesidens Christus et exequatur collocantum vires, et irmoderatus eorum repellere ac refrenare incursus. Deus itaque tamquam prudens agonistha arbitratus aquissimum, priusquam nos cum Satana duello committat, ita ipsius arna hebetat viresque modicata, ut in ipsa pugna nostris impares non sint; nostram vero imbecillitatem cum valide gracie subscito instruit, tam solidi potentia virtutis sua corroborat, atque ecclesiastis armorum panoplia adversis omnes insidias et furiosis inimici incursus prennit, ut cum Apostoli, Ephes. 6, 11, in omnibus sument sumptu fidei, in eo facile possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere, insultus sustinere, insidias declinare, violentiam repellere ac gloriosam tandem victorian reportare. Exemplo Job hoc fiet manifestum, in cuius oprobignatione cerimibus ubique daemonis potestatem certi semper limitibus circumscribitur, quo transire non possit. Primum enim dedit ei Deus potestatem in omnes Jobi facultates, sed vetuit ne vel minimus eius personae corporis vulnus infligeret. Deinde postquam jam prioribus calamitatis callum obturisset, etiam corpus eius pro libitu diaboli affligitum tradidit, animam tamen semper exceptit. ut mox intelligentius

COMMENTARIUM. CAPUT I.

Modò quid, hæc primâ in Jobi facultates potestate petratâ, diabolus gesserit consideremus.

EGRESSUS EST SATAN A FAGE DOMINI. Id est, ab eo concilio cui praeerat angelus qui Domini personam sustinebat et vicarium Dei agebat. Diabolus enim amplissimam in omnes Jobi facultates potestate impetrat, extremam et omnimodum illis ad vastitatem illatus, ab eo loco, in quo diuinam preseniam clarior apparerat, illicio recessit, tantum nimis divini Numinis majestatem locique sanctitatem ulterius ferre non sustinens, quasi ibi non auderet ulras aduersus hominem insidias machinari, ne contra debitam tam sacro senatus reverentiam impudentius peccasse videatur. Idem ipsum Didymus Cain fraticida ac Jude profitori us venisse observavit; quorum illi quidem, innocentis ac Deo chari fratris sui Abelis necem meditabundus, egressus est a facie Domini, Gen. 4, 16; hic vero, postquam accepit buccellum introiit in eum Satan, in ambi et in fandu Dominiudum proditione pessimis Iudeis traditurus, exiit continuo, Joan 13, 30, scilicet a cœnaculo, in quo Christus cum ceteris Apostolis erat congregatus. Nec immixti, inquit Olympiodorus in Catena: *Nulum enim studium improbum habet cum Deo commercium.* Quod si igitur diabolus, pessimique ejus filii Cain et Judas, in loco sancto coram Deo vel angelico senatu suam profligare modestiam et reverentiam Deo locoque sacra debitum denegare non sint ausi, quis, obsecro, tam perficte sit frontis et profligatice audacie, ut in conspectu Domini proterve et in loco sacro petulantius esse gerere non vereatur? Quoniamvero in bac per vel ipsa demonum impudentiores jure merito existimandi sunt, qui debitam in templo coram Deo modestiam ac reverentiam minimè servant.

Qualis porr̄ ejusmodi demons a facie Domini engrediuerit, eleganter nob̄ descripsit Origenes, lib. 2 in Job ad hunc locum dicens : « Exiit diabolus a facie Domini, exiit tanquam lupus rapiens, tanquam leo rugiens, tanquam ursus sanguinem appetens, tanquam malum serpens, tanquam vipersa ac perniciosa. » Expende modo quod et qualia bestiarum nomina Sathan a sanctorum angelorum cloro egerident attribuuntur; inter uestri iniquis concilio justorum, Job hominibus permitti postularerat, et acceperat postulata, cum quin plene latet et exultabundus egrediebatur. Cur igitur idcirco lupus, cur ursus, cur leo, cur serpens, cur vipersa ab Origeno nominatur? Iure sane meritissimum. Nam omnium bestiarum instar habendus est, qui bona sibi à Deo illo dimitxat sine petiti permitti, ut ea dissipet, destruet et consumat, non in Dei obscurum, sed in sui iesuis ac proximi maximum detrimentum. Iluc accedunt mundiales isti homines, qui à Deo bona for-

donec postquam, que Deo nimine redditum, sed voluntate potius ac vanitate immolentur. Horum enim orationes non tam orationes aut precis sint, quam rugitus ferarum et Satanae machinationes. Egedetur quis est templo, surgit ab oratione, ex animi sententiā potius est votus suis, gaudet de initia et obtinēt illa, deinceps sibi adjudicatis exultat, sed cū iam nō Deo

(1) Cim in orbem redirest ordo pro primogenito, cim uero se exhibebant iure et imbrassante. Societ, sive apparet iudicium Iesu, et Mathe. 24, 37, 1 Thess. 5, 2.

Nota hic utram Satana. Elegit deinceps utam, ut Jobini securum atque impunitum obveniret, ut resipendi loca Jobo non concederetur. A leviteribus dannis incipit, et in gravissimus desinet. (Synopsis.)

reddere, at suis cupiditatibus litare statuat, egritudinem miser à facie Dei tanquam lupus rapiens, tanquam ursus saeviens, tanquam leo rugiens, tanquam diabolus perditionem sitiens, siquidem suis precatoriis non querit Dei obsequium, sed perversum summa ex parte desiderium concurrit.

Pulchre et acute ad hunc locum D. Gregorius, lib. Moralia cap. 8, querit et simul exponit, quo sensu Satana facie Domini cunctis evidenter et implente exivis perhibetur: *Quo, inquit, ab eo extir, qui dum per molera corporis nusquam deest, sed incircumscrip- substantiam nusquam deest?* sed quiauid Satan pressus majestatis potentia appetitum sua malitia exercere non valuit, quasi ante faciem Domini stetit, et facie autem Domini exilit, qua relapsa divinitus ab interne retentionis angustia ad syi desiderium effectum venit. Ponit nimurum sanctus doctor dicens monem coram Deo quas ligatum et compeditum, quod minus nocere Job posset; postquam autem licentiam obtinuerat libidinem suam explendi ac Jobi bona invadendi, quasi vinculus solutum foras prorupisse, atque in Jobi facultates statim involasse. Simili ferè modo ac sensu apud Zachariam equi illi robustissimi, qui Romanum designabant imperium, exisse dicuntur simili atque totum orbem terrarum victoris suis per agrandi licentiam impetrassent. Ex quo intelligamus illi, quorum perverso studio et effrenata cupiditate Deus morem gerit, se jam à facie Domini egressos esse quod quoniam miserum et calamitosum sit, sat explicari nequit, quondamque Deum ipsum bonorum omnium fontem dereliquerit, ut post cupiditates suas abegit. Quid porro Satan post hunc à facie Domini egressum adversus Jobum machinatus sit audiamus

VERS. 15. — CUM AUTEM QUADAM DIE (1) FILI ET
FILLE EIUS PROCEDEBANT, ET BIBERENT VINUM IN DOMINA
FRATRIS SUI PRIMOGENITI. SIMILIS ATQUE SATANAS JOHANNES
OPES AC FAMILIAM PRO LIBITU GRASSANDI FACULTAS DATA ES-
SET, HAUDQUAM SIBI PROCRISTANDAM RUTA PRIMA
QUOQUE TEMPORE (ET UT IN GRATIO EST, *in quæ ritega
quasi cùm die*) QUA IN DOMINA PRIMOGENITI CONVIVIUM
CELEBRABAT, INFLAMMATUS INVICTI ET FUREOR RABIDUS
OMNES NOCENDI ARTES ADVERSUS JOHANNEM EQUIT, IPSA
QUE AGGREDIATUR. HOC NEMPE TEMPUS INSIDIIS STRUENDIS
PER OPPORTUNUM, ET AD JOHANNEM SUPERARDUM ATQUE AC-
SILEM ALIQUD IMPELLENDUM MAXIME ACCOMMODANDUM
ESSE PUTABAT. ERAT ENIM DIES LATITUDINE ET HILARITATE,
QUANDO FILII EIUS AD FESTIVAS EPULAS CONVERNERUNT; QUOD
TEMPORE HOMINES NEGLENTIORI AC RECESSORI ESSE
ANIMO SOLIT, MINIMUSQUE DE HIBO TANUM FESTO ET ATROCI
CAGITARE. IBI NIMIRUM PLERUMQUE FIT, UT IRA ET AN-
MADVERSIO DEICIS REPENTE OPPRIMAT, QUI MAGIS SIBI
ESSE SECURI VIDEANTUR. *Ritus enim, inquit Sapientia,*

Synopsis.

dotoe miscetit; et extrema gaudii lucis occupat, Pro 14, 15. Accidit sep̄ etiam è contrario, ut in magna rerum desperatione Deus subito inexpectatum aliquod auxilium adferat, ab omni miseria vindicando et bonis omnibus cumulantando. Si Joseph drepente liberatus è carcere, et secundus à rege factus est; et è diverso Aman è primo à rege loco ad patibulum exempli raptus, infami laqueo vitam finivit. Quia magno sanè Dei consilio sunt, ut intelligamus, nihil esse in hac vita tam securum aut tutum, quod corrueat ac lebescatur non possit, et nullus tam desperatus esse res, quin cum divina ope corrigi ac resarciri facile queat, quemadmodum sapientem Salomonem in Ecclesiaste 4, 14, promittit: *Quod de carice catenique interdum quis ingreditur ad regnum, et alius natus in regno inopia consumatur.* Longè autem miserrimus durissimumque censetur casus ille, quo quis, ut Job, ex amplissimis fortunis ad extremam agitatem, ex summa felicitate ad maximam calamitatem, et ex lautissima beatissimaq; vitâ ad arcam non miseritamque drepente ante inopinatè redigitur. Cæterum quid tot accidentes ad Jobum nuntiis apparet nobis lutu explorare.

VERS. 14. — NUNTIUS VENIT AD JOV. QUI DICERET: BOVES (1) ARABANT, ET ASINAE PASCEBANTUR JUXTA EOS;

VERS. 15. — ET TERRERUNT SABEI (2), TULERUNT QUE OMNIA, ET PUEROS PERCUCERUNT GLADIO, ET EVASIS EGO SOLUS UT NUNTIAREM TIBI. Quisdam hic mutuus fuit, disputant auctores variantque sententias. Ac

(1) Nomen Σαβαι, collectivum et epicempsum jungitur adiectivo feminino Σαβαιων, conf. Storii Ols. p. 89, seqq. et 374, et Gesenii Lehrg. p. 711, n. 2. Σαβαι οντις A. Schultens reddit *Super manus suis*, quod explicat: *More soliti*, prout assuererunt, promulgando Esdr. 3, 10, 2 Chron. 29, 27, ητην επεισιον εσ instituto a Davide more significare aut. Alii, Jerichum et Aben-Ezraean scueli: *In locis suis*, pacis sibi designatis, quoniam την hand raro spatium, tractum, locum denotet, ut Num. 2, 17: *Tentoria fixerunt την την loco suo*; conf. Deut. 2, 57, 23, 43. Melius saltem hoc, quoniam quod Coccceus verit: *Per manus i. e., sub custodia* Ηλωρυ, nempe *puerorum*, ex sequenti verso, coll. 4 Sam. 17, 22. Nos tamen non dubitamus, Σαβαι οντις h. I. vertendum esse *juxta eos*, scil. boves (quod generaliter epicempsum est, mares et feminas notas, non duas), quo sensu sepiissime hæc phrasis occurrit, vid. Exod. 2, 5, Jud. 2, 9 Sam. 2, 18, 4. Neh. 5, 2. Ita veteres omnes, Alexandrinus: Σαβαι εν την Βυλγα κατευθυντις: *Juxta eos*. Chaldeus, Syrus, Arabi: *Ad latas eorum* (Rosemann).

(2) Σεβαι Νεβι. Et irruit (delapsa est), Σαβαι, i. e., gens Σαβαι, Posteri Σαβαι, filii Abraham ex Keturā, Gen. 25, 1, 2, 5. Σαβαι erat in Arabiā, vel Deserti, vel Felici. Plurimi semper in Arabiā latrones in hunc usque diem. Hinc Arabes Saraceni dicti, non à Sarā, ut quidam sommant, sed ab Arab. Σεβαι, furari et latrocinari. Σεβαι in Syriam excurrunt, Strabo 1, 16, p. 779: *vita illis predatoria est*, Diod. Sic. 2, 92. Regio Uts intermedia erat inter Σαβaeos ad meridiem, et Chaldeos ad Aquilonem. Πιότζα ή ιεράς η Σεβαις, etc., primi autem super Syriam Nabatæi et Σαβαι felicem Arabiam incolant, etc., inquit Strabo; quibus verbis docet rem maximi momenti, nempe præter Σabæos intinge Arabicæ, quorum ali Rubei, ali Persico mari vicini erant, etiam aliis illi fuissent, etc. Neque enim verisimile est ab Arabicō vel Persiani mari eos excurrisse, ut greges abigerent. (Synopsis.)

sancus quidem Chrysostomus, hom. 2 et 3 de Lau- diis S. Job, existimat ipsummet diabolum in forma nuntii ad Jobum tam atrocí narratio percellendum venisse; id quod Polychronius et Olympiodorus in Catena similiter sensisse videntur. Origenes, verò putat fuisse hominem singulari demoni artificio subornatum, ejusdemque verbis, ad majorem animi perturbationem afflito adferendam, compositis instructum, ut glomeratim dirissima queaque nuntiando, et rerum jacturam maximarum immaniter exaggerando, Jobum vel à statu mentis dejectore, vel saltem ad desperationem provocare.

Tertia, eaque verisimilior et communior recentior interpretatio sententia est, tam hunc quin reliquos nuntios omnes fuisse ipsiusmet Jobi servos, quos ad hoc diabolus cladi superstites esse voluerit, ut calamitatem et misericordiam tantarum participes et oculati testes earumdem denuntiatione deseruerint. Quod cum Origenes de tertio nuntio censeat, idem quoque

Præfato noster de reliquis sententiad existimat.

Expende modo quibus Satan primum adversis Jobum bellū impetum commiserit. *Irruerunt*, inquit, *Sabei*. At cur non potius inferni furias ad certamen evocavit, et validas demonum legiones in campum eduxit? Cum humana usus est operā, cùm diabolica non deessent præsidia, quibus et celerius et efficacius totum hoc negotium confici potuisset? Quia nimis diabolus nullum omnino habet solatium, ubi non interveniunt homini peccatum, unde nullum penitus ex invenitissimi sanctissimique Jobi vexatione juvendat nullumque ex dirissimā illā laniā gaudium, sed è contra potius immensus quoddam tormentum percipieset, nisi immania quoque hominum scelerā et flagitia intercessissent. Quamobrem crudeliter hanc tragediam, vel potius tragicomediam auspicatur, primū exicit Sabæos cedibus ac latrociniis famosos, ut in Jobi armata furibundè involent, et cuncta diripiunt, mactent ac dispersant. Quemadmodum D. Zeno Sermonē de Psal. 118 observat dicens: *Cum diabolus potestatem Job tentandi posset, per direptionem substantiae ejus primū decaevit, homines ad pastorum cades et ad direptionem pendum excitavit, eosque in hanc voluntatem latrociniū accedit.* Hoc unum scilicet magni estimat diabolus, hoc unum satagit, atque omni artificio suo veterotorio adornat, ut quā fieri potest plurimis gravissimisque homines implicant peccatis, cūm hec videt, tunc gaudent, tunc vivit, tunc exultat. Cūm itaque Sabæi assiduis essent latrociniis addicti, et in isdem admodum exercitati, hos Satan ad locum bonis omnibus spoliandum maximè aptos et opportunos censuit, cūm ob ingenii crudelitatem, tum ob loci vicinitatem, quandoquidem illam felicis Arabia partem, quæ terra Hus contermina erat, incolerent. Eisi autem Sabæi propter aurum, thuris et gemmarum, quarum ista regio ferax est, copiam dissimili essent, latrociniis philominibus deditos, et præstas et vicinis colligere solitos, Plinius tradit lib. 6, cap. 28, his verbis: *Mirum dictu, ex innumeris po-*

et pulis pars aqua in commerciis et latrociniis degit, in universo gentes ditissima, ut apud quas opes Romanorum et Parthorum subsident, vendentibus quæ ex mari aut silvis capiunt, nihil invicem sedimentibus. Illi igitur è regione propinquâ in Jobi agros irruentes, cosdem fecit depopulat sum, bobus et astnis abactis, et aratoribus ac pastoribus trucidenter occisis, unico duntaxat è tantâ cedo superitez, qui dirum illum nuntium ad dominum perferret.

VERS. 16. — CUMQUE ADICU LOQUERETUR, VENIT ALTER, ET DIXIT: IGNIS DEI (1) CECIDIT IN COLO, ET TACTAS OVES PUEROSQUE CONSUMPSIT, ET REFUGI EGO SOLUS UT NUNTIAREM TIBI. Vix prius illa calamitas ex vastatissimis nuntiis pedem extulerat, cùm ecce alijs malefici omnes contestis advolat, qui non jam ab hominibus, sed ab ipsomet Deo bellum inferri denuntiet; cuius rei manifestus oves de celo tacta pœbrem indicunt. Miro id demonis flebat auctu quo Jobum ad malitiam in Deum eructanda impellere sagitabat. Nam cùm prima calamitas, cùm quod ab hominibus, presumerit Sabæos, rapina latrociniisque deditis illata fuerat, utimque toleranda videbatur, ideb⁹ prinsquam alios homines, nempe Chaldeos, adversi Jobum incitè, primæ et tertie cladi alteram interserit, que non ab hominibus, sed quasi ab ipso met immediatè Deo immissa videatur. Sed eis ovæ costellæ igne tactas memori? Quis nimis ex iis placabiles Deo victimæ offerri solent. Ut ergo maximum Dei aversatione indignacioneque declararet, confingit oves ipsas, id est, victimas, quibus placari Deus delubrat, factas esse materialia divine iræ atque indignationis. Quid quid horrificus, homini praesertim Deum timenti, posset accidere? Hunc veterinosum cacodemonis astum eleganter expendens sancus Chrysostomus in Catena ait: *Penitit, diabolus primi nuntii, quib⁹ minus recte nos gesta exposuerit: Malè, inquit, jaculatus sum, haudquam collineavi, sagitta prospicuit aberravit. Ab hominibus asinas et boves abactos esse dixi. Potest secundum Job ipse ratiocinari: Homines injuria me affecterunt, Deo possum isthac adscrivere. Ergo ut ejus cogitatio ab hominibus ad Deum traducatur ait: Ignis cecidit in colo (Aquila autem et Theodotion igois Dei dicuntur), hostis jam causori non potest, quasi illi è supernis locis ignem proponit; inflige contumeliam ei, qui tibi injuriam intulit, cum qui te opprimit maledictus inesse. Cur illi servis? cur eum adoras, qui tuas opes evertit? Noli putare ab hominibus, qui tuas opes evertit?* Noli putare ab hominibus, qui tuas opes evertit?

(1) Id est, vel, 4^o à Deo missus, Ιησος θεοντις, ut credat Job se à Deo primi igne colitus missus; vel, 2^o ignis magnus, confer 1 Sam. 14, 15; Psal. 56, 7; Jon. 5, 5. Urbs magna Deo; Act. 7, 20, formosus Deo. E COLO, i. e., ex aere. Puro, aerea haec, sive inferiora, tradit Deus in potestatem Satanæ. CONSUMPSIT, ητην την, et comedit, vel devoravit eos, vel ea; το mem respecti et oves, et pueros. Nulli nuntio, cùm Volsthi oppidum Tuscarorum opulentissimum totum concrevatum est fulmine, test. Plin. 2, 52. REFUGI EGO SOLIS, etc., q. d.: *Me superres volet ut solet in magnis calamitatibus*, qui tibi hoc reuantiarem. (Synopsis.)

cibus tibi indig vulnus, cùm audi captivantes. E supernis regionibus atque adeo è celo facit ibi bellum Deus, Id verò certo est argumento, quod ignis è celo demissus oves consumpsit. Sic ille. Etenim nullum plenè certius argumentum esse potest miserimi ad deplorat status hominis Deo summe exosi, quin quod permittatur eō per malitiam suam devire, ut ipsomet ejus victimæ, quibus Deum placari erat, omenta flant et pabula furoris divini. Ille putat perdidus, si tunc Deum in memoriam revocaret, ac ejus servitia obsequia, non ad patientiam, sed impatiens impulsurum et murmurationem atque blasphemiam. Id quod expendens Origenes ad hunc locum: *Si, inquit, Job scisset, quia diabolus cum illo hoc bellum faciebat, et quia malignus inimicus rem familiarē et filios ei abstulerat, omnino ad nihil ipsas tentationes deducere, et in derisionem illum habens evidenter adversis hostem staret; hoc celavit diabolus, cùm istos inferret labores; clementissimus autem Dominus in suspicione erat, et incubatur his omnibus.* Ergo ob hoc tunc Deum in memoriam attulit, ut Dominus in suspicionem Jobi veniret, ac proinde incusaret.

VERS. 17. — SED, ET ILLI ADICU LOQUENTE, VENIT ALIUS, ET DIXIT: CHALDEI (1) FECERUNT TRES TURMAS,

ET INVASERENT GEMELOS, ET TULERUNT EOS, NEGON ET PUEROS PERCUCERUNT GLADIO, ET EGO FUGI SOLIS UT NUNTIAREM TIBI. Nonnulli secundus narrationi sue finem imposuerunt, cùm ecce tertius exempli adest majorum adhuc dannorum bagilus, qui tres Chaldeorum cuneos, conglomatis ad maiorem impetum turmis, in camilonum greges irrupisse, cosdemque dissipatis ac secum abduxisse denuntiat, servis interim et agasonibus camelorum praefectis et custodibus, se præter ut tante jactura festis ac nuntius superasset, ad unum omnibus internecone delefis. Quod autem tertius hic nuntius precedens narrationem internuperit, non tam rusticitat aut mensis ex pavore perturbationi tribuanum esse censem Boducus quām divina dispensationem, ad majorem hujus sancti probationem in cuncta moderant, ut antequam ipse ex præcedenti nuntio infelici paulum respirare, amimunque percolsum ad se revocare potuisset, aliud priore infelicius adveniret, ut hæc nimis ratione virtus ejus omnino singularis omni ex parte agitata, omni prorsus consolatione privata, nullā tamen perturbatione concussa, evidenter claresceret. Quemadmodum enim fortuna bona, sic et peccata atque afflictions mala prout vulgo appellantur, certa quādam mensurā Deus ad salutem amicorum suorum probationem immittit. Cūm igitur Jobi possesso longè amplissima

(1) Cūm Chaldea dicatur terra longinqua respectu Judeæ, 2 Reg. 20, 14, ideology à terra His remotor erat, itaque Chaldei equites venerunt; inde, pro Chaldei, Septuaginta, habent equites; nec certè pedes, sed equites, solent excusiones facere. Sed, prætermodum quod illa Chaldeæ pars in quam delecti sunt Judei remotor fortè esset quamista inde hi venerant, cogitationem est, in decursu temporis populorum et genitum terminos plurimum variari. (Synopsis.)

ex bovinis et asinis potissimum necnon ovinis camellisque constaret, atque in prima quidem vastitate boves et asinas una cum bubulcis et agasonibus, in secunda vero greges ovium simili cum pastoribus carundem custodibus perdidisset, in hac tertia demum strage omnes ejus camelii abiguntur, omnesque servi camelorum prefecti a vicinis Chaldeis regionis predonibus occiduntur. Cujus quidem atrocissima cladis nuntium tantò magis Satan ad blasphemum quodpiam à Jobo verum adversus Deum extorquendum valitum sperabat, quanto hæc calamitas erat propinquior præcedenti, quo evidenter à Deo immissa cœlitus videtur.

Porrò hos Chaldeos æquæ ac Sabeos, Arabiz felici conterminos, præda victiisse, atque Idumæam suis excursionibus non raro inestisse testantur historie. Ac de Sabois quidem quid Plinius scribat paulò ante retulimus; de Chaldeis autem Xenophon lib. 5 Cyropædie tradit eos soli ferè prædis è vicinis regionibus frequenti excusione petit viam tolerare, quod ipsum è sacris quoque litteris confirmatur, que Chaldeorum similiter latrunculorum meminerunt his verbis, 4 Reg. 24, 2: *Immisisti ei Dominos latrunculos Chaldeorum, et latrunculos Syrie, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon; et immisisti eos in Iudam, ut disperderent iuxta verbum Domini;* ac si videlicet omnes istar nationes quasi certos predones haberent constitutos, qui vicinas regiones excursionibus suis depopulari ac depredari consueverint.

VERS. 18.—ADHUC LOQUEBATUR ILLE, ET ECCE ALIUS INTRAVIT, ET DIXIT: *FILII TUIS ET FILIAIBUS VESCENTIBUS ET BIDENTIBUS VINUM IN DOMO FRATRIS SUI PRIMOGENITI.*—VERS. 19.—REPENTE VENTUS VEHEMENS (1) IRUIT A REGIONE DESERTI (2), ET CONCUSSIT QUATUOR ANGULOS DOMUS (3), QUE CORRUENS, OPPRESST LIBEROS TUOS (4), ET MORTUOS SUNT, ET EFFUGI EGO SOLUS UT NUN-

(1) *אָתָה אֲנֹדֵן, רְאַתָּה קָדוֹתָה;* non dici *אֲנֹדֵן,* quod modo supra notandum, ut distinguit; quia *אֲנֹדֵן* semper in divina persona, vel eis propria operatione, usurpat. Exstat autem quatuordecies, nec unquam venit pro vento magno. (Codurcus.)

(2) *בְּנֵי־הַדָּבָר;* ab ultra desertum, ab ultiore parte deserti (über die Wiste her), ut 1 Paral. 12, 56, 2 Paral. 20, 2. Alexandrinus: *Ἐπὶ τῆς ἡπέτειος;* Vulgata vetus: *A deserto, Chaldeus; מדבר מדבר;* à latere deserti; Syrus: *in finibus deserti;* Arabs: *à tractibus seu extremis deserti,* nam Arabicum verbum dicitur quoque de *terra extremitatis.* Desertum intelligentem est Arabicum, anstrum versus; Jobo versus septentrionem et Euphratim habitante. E quibus desertus australibus etiam alias in vet. Test. vehelementiores procera oritur dicuntur, vid. Isa. 21, 1; Jerem. 4, 11, 43, 23, Os. 15, 13. Conf. Harmeri *Observat. super Oriente;* t. 3, p. 40 version. Teuton. (Rosenmüller.)

(3) Le voyageur Bruce raconte qu'un jour, en s'éloignant des villages des Nubiens et se dirigeant vers Bashoeh, il fut tout à coup témoin d'un tourbillon qui coupa une chaumière en deux comme si on l'eût partagé avec un couteau, dispersa les matériaux de la partie enlevée, et laissa l'autre partie intacte sur pied. (Voyages, t. 4, p. 422.) (Drach.)

(4) Securè, et in summa hilaritate se concordia, convivantes. Non vulgaris hæc mors erat, sed horrenda, ut patet Job se Deo invisum, et ab eo rejeccum. Sed ita solet Deus suis interdum spem omnem

TAREM TIBI. Utimus hic nuntius omnium durissimos funestam charissimorum liberorum necem inopinatam annuntiat, quam ad doloris ac mororis ingens incrementum postremo loco intulit. Nam si primum Jobus de filiorum morte nuntium accepisset, rerum utique jacturam caterarum longè lenius tulisset, cum non tam sibi quin liberis opes congregasset, quos rebus omnibus ornatos esse cupiebat. Temporis insuper locie circumstantia hanc parù quoque viri sancti luctum adiuxit, sicutidem dics, quo tam funestae clades accidisse fercentur, proximus erat illi, in quo pro filiis sacrificium et victimas placationis obtulerat. Eo igitur tempore, quo piissimum parenti placato recentibus sacrificiis Numine securior esse debuit, tunc ei omnium plane bonorum et simul liberorum omnium ruinæ cladesque nuntiavit. Quod tempus et potissimum consilio impostor illi vaferendum ad hasce clades inferendas sibi delegisset credendum est, ut hoc modo facilis à Deo Job animum avertetur, atque ad blasphemum aliquod verbum efficiendum impelleter, quid se Deo penitus exomus, et sacrificia sua tanquam nefanda forent ab eo respecta cernerent. Loci quoque circumstantia illa non parum pii genitoris morem aggravabat, quid hæc hæc luxuriosissima liberorum strages edita fuisset in domo primogeniti, qui, ut Scriptura loquuntur, lucerna patris et caput inter fratres jure merito cœserebat. Huc accedit, diem illam, quæ hac contingenter, fuisse primam hebdomadæ, quæ erat velut enceniorum et renovationis fraterne charitatis, que tunc solito vehementius et ardenter accendi conseruerat. Quantò igitur major era alacritas omnium fratrum ac sororum, in domo fratris sui primogeniti epulantium, quantumque suior inter illos et jucundior animorum tunc concordia existebat, tanto quoque gravior tam inopinatae funestæ causa rerum omnium confusio repente apparebat, tantoque acerbiora piissimo parenti de tot simul dilectissimorum liberorum funeris nuntia accidebant.

Sed hic fortasse non nemo percunctabatur, cur non in ipsam domo patris, quod non raro ad geniales epulas convenire solet, hec ruina contingit, presentium cum adiut pridiū, quemadmodum superius indicatum fuit, convivium in ea fuisset celebratum? Cur ergo præter morem tam lentes ac segnis diabolus non pridiū simul junctos in domo patris epulantes, et sicut novellas olivarum in circuitu paternæ mense existentes oppresserat? Cur præcasinavit, donec in domo primogeniti convivium haberetur? Ad quod respondetur, demonem tunc neclum in ipsammet Jobi personam potestatem adiut ullam habuisse, ideoque parentem eadēm cum filii ruina involvere aut opprimere nequissime, præterquam quod, ut sacer Textus indicat, isto die pater filios sanctificasset, et nomen Domini super eos invocasset, domi sui altare sacrum erexit, plurimisque sacrificiis repleviset. Quamobrem isto die nequaquam opprimi poterant,

adimere, ut lis ad solum Dominum refugium pateat. (Mercurius.)

quin ne vel in minimo quidem contristari quadriū in domo patris versabantur, in quā pro iis pīa parentis Deum invocaveraūt, altare exerēt, victimas pacificas immolārāt. Siquidem inexpugnabiles sunt dæmoni patres illi, intra quos nomen Domini invocatur, et animalium negotia tractantur, et aeterna filii bona prouidentur.

Verumtamen validē mirum est, et inusitatum, ne nungūm antea auditum, tanti viri filios, tot ipsomet virtutibus præditos, tot præstantissimis Deum gratias munitos atque exornatos, à furente dæmoni sic unquam opprimi potuisse. Numquid omnes nobiles, atque indolē optimæ adolescentes ac viri erant, virtutum undique munimine valati? unde igitur saevienti furor dæmonis tantum adversus ipsos prevaluit, ut tam immā illos ruinā obrueret? His rei causa prefata textus verba insinuant, que si habent: *Filiis tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vino.* Inter pocula videlicet non potest quis non patet dæmonum insidiis in ruinā et extrema calidae adoratī, quemadmodum Origenes in Catena Graecæ eleganter observavit dicens: *Si preantes eos diaclu invenissem, nihil contra eos efficere potuisset; verum cum ei fuit oblatæ occasio, tunc dæmoni potuit.* Sed quale tempus huius opportunitatis? qualisve opportunitatis? Potus erat. Huius quām fallitur, quisque gule serviens se à dæmonum insidiis et insultibus liberum fore patet! Quæ commissatio modestior, que compotatio temperior esse possit, quam illa fuerit liberorum Job? quorum exteriora omnia sic erant ad omnem honestatem temperiamque composta, ut ne sagacissimum quidem et oculatissimum in mores suorum inquisitor et censor rigidissimus Job quidquam in iis, quod jure carperet, haberet; sed si quid torte occulti, quod eum latebat, in corde criminis, ut verberatur, recedisset, pro iis quotidie Domino hostias placabiles et sacrificia manu offerebat. Nilominus tamen quoniam commissatio et compotatio erat, statim illos dæmonum insultibus patre faciebat. Si etiam Noe virum scaccissimum, cupus involuntaria turpitudi apud omnes decantissima est, vinum decepti, de quo eleganter S. Ephram Tractatus de Virginitate sic loquitur: *Justus igitur hic Noe, qui inundationes aquarum tempore universalis diluvii vicebat, à modico vino vix est dormiens; aquæ infinitæ non potuerunt vincere ipsum, vinum autem vile inter dormiendum virum justum nudavit.* Si nempe potuit inculta gula, et quidem involuntaria, virum justum impellere, imò et dejicere. Unde patet omnibus manifestè, quanto studio gula viris etiam sanctis et religiosis vitanda sit et cavenda.

Ceterum quoniam pacto ac modo funesta illa clades Jobi illata sit consideremus: *Ventus, inquit, vehemens irruit à regione deserti, et concussit quatuor angulos domus, que corruens oppresst liberos tuos.* Mīrum sanè est ventus ex una quipiam certa et determinata deserti regione flantem omnes simul quatuor dæmonis angulos concutere potuisse. Quis tale quid unquam vel vidit vel audivit? Verum esto dæmon ipse in

vento adfuerit, quid opus erat omnes simul quatuor dæmonis angulos concutere, cum vel unicus conquisasse sufficeret ad omnes Jobi filios ruina involvens? Scilicet non unicus duxat dæmon aliquis ad ruinam istam adorandam erat reputatus, sed multi simili dæmones ad tam crudelē facinus concurabant, quorum nullus altero in perpendic Jobi filii seignior videri cupiebat; quapropter gerlomerata facto simul imputo omnes ex aquo pariter dæmonis angulos concurserunt, ut in momento correret, quemadmodum Origenes lib. 4 ad hunc locum eleganter annotavit dicens: *Si per unum angulum poterat cadere, cur omnes quatuor angulos tetigit? Quatuor angulos tetigit, ut ostenderet ferociam atque animum suum homicidiam. Nam omnes dæmones mox ut relaxati sunt, et permissionem acceperunt, continuò omnes generaliter ab omnibus partibus super dominum irruerunt festinantes, atque adversum invicem rapientes, quis prius hanc iniuriam accepit, quis primus hoc homicidium perpetraret; ingentem umusque eorum sibi reputans dolorem, si prior illo alter procederet ad ejus perditionem. Tantum nempe singulis adversus homines dæmonibus innatum est odium, tam dira et insatiables nocendi cupiditas, ut hæc in parte nemo alteri codere, aut in hominum perditione procuranda seignior videri velit, sed infame sibi ac turpe dicunt et ingentem inde dolorem concipiunt, si minoris alius nocuisse videantur. Quamobrem quiescumque vel minimæ danni cuiquam inferendi occasio se offert, illico simul omnes accurrunt, et facto agnum in hominem ingrunt; hoc sibi quisque gloriosum reputans, si nullus ipsum præcesserit. Quem illorum rabiem eleganter exaggerat Psalmista, 61, 4, dicens: *Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos, tanquam parieti inclinato et macerie deplase?* Magna protæct dæmonum rabies et incredibilis libido sevendi, quæ fit, ut simul omnes in unicura misellum atque natura suā imbecillum hominem exsurgant et irruant, ut ipsum interficiant. Ad quem locum peracutè, uti solet, D. Augustinus addubit, quonodo tot hostium turmæ, tot inimicorum myriae, omnes simul unum cumdemque hominem possint interficiere. Constat enim vel ab unico interfictum jam reliquos nil curatur, quod ipsi nisi ultra nocere valent, cùm semel duxat mori possit, neque iterum occidi. Cur ergo universi, sive cuncti, ipsum interficere dicuntur? Claram hujus rei rationem reddit ibidem sanctus Augustinus, dum hunc locum ita verit: *Quousque apponitis super hominem. Nam verbum appono idem valeat quod simul et iuxta pono, quo insinuant tantum esse dæmonum in hominem irruendū atque occidendi rabiem ac velocitatem, ut nemo se ab altero præveniri patiatur, aut ut ejusquam telum adversus hominem suū præponatur, sed omnes simul irruere, omnium tela simul posita et apposita apparere, præpositum vero nullum, quod nemo sit qui in perdendo homine primas altera cedat.**

Ait hinc notandum non minori dignum admiratione, quomodo nimis ventus ad eo furiosus, ad eo

ferox, adeo rabidus, unica, campum principem totius civitatis domum, solidissimis, ut par est, nixam fundamentis et optimè materiatam, ac firmissimi compactam tralibus, ita repente invaserit, concusserit, ac conquassaverit, ut augustum illud primogeniti regis palatium, totum provincie firmamentum atque ornamentum, quasi in momento dicto cuncte subito converterit solo aquatum, et in aervum lapidum redactum sit; attamen ceteris non æquæ fuisse, aut etiam male materialis ac ruinosus clypeum ædibus ne minimum quidem intulit monumentum, sed nec eas fortè infestaverit omnino vel tetigerit. Cuius rei nulla profectio alia debet aut potest assignari ratio, quam quod haec sola è reliquo Dei permissu demonis potestata tradita ejusdem libidini relicta fuisset, quemadmodum Olympiodorus in Catena eleganter annotavit.

Alia similiter non minus curiosa hic à quibusdam moveri solet questio, cur nimurum diabolus, qui ad abigenda Jobi pecora et armenta, pastoresque et agerones occidentes Sabaeorum et Chaldeorum exercitus induxerat, non simili quoque exercitu ad dominum filiorum Jobi invadendam, spoliandam et eventridam munitus accesserit? Hancesse questionem etiam mouet et optimè solvit S. Chrysostomus in Epist. ad Olympiadum ita querens de diabolo: *Cur in liberorum iustitorum non hostium manum commisicatur?* et immediate hanc addit solutionem: *Nempe ut irruptione civitas non perturbaretur, nam in Job tantum, non in ceteros potestas illi erat.* Fieri enim non poterat ut civitas non gravissimo metu percelleretur, si hostiles copias monibus suis appropinquare cerneret. Quamobrem demon ad dominum filiorum Job in celebrerrima civitatis loco sitam accessum ab exercitu absinuit, ne circa ultraque Numinis permissionem vel ipse mali metu aliquo modo cives posset affligere aut conturbare. Cum haec mente volvo, et tacita mecum cogitatione considero, non possum non mirari quoque illud, quod in simili ferè casu, lib. 3 Regum cap. 15, cum dam viro Dei contingit memoratur, quem à Jero boano ad suum populum reverentem de viâ leo aggreditur, insidiebat in ipsa fera, et illiò eum occidebat; sed quod maxime mirandum est, neque cadavere pasciebatur, neque ipsum attingere amplius præsumebat, quin nec asino, cui insederat, vim ullam aut molestiam inærebatur. Et cum innatum sit cunctis animalibus ad leonis trepidare consuetum, et ad rurum eius totis artibus contrincere, solus asinus (ut nota Eucherius) leoni junctus assisteret, intrepidus. Cur leo non incutiebat asino metum? cur qui vivum hominem aggressus fuerit non devorabat occidit? D. Gregorius lib. 4 Dialogorum cap. 24, optimam hujus rei rationem assignat dicens: *Qui occidendi ausum habuit, de occisi cadavere comedendi cunctiam non acceptit.* Nihilquidem malum, nec ulla timor mali audiens nos invaderet, aut foras proflare absque Dei licentia seu permissione divina? quin ne plus quidem capituli nostri, ut ipsa Veritas in Evangelio Luc. 21, 18, testatur, vel in minima ledit aut perire potest, qui non sit ante designatus et con-

putatus inter ea que Deus ledit aut perire permittit.

Quod enim Job minimè ignoraret, sed firmissime sibi persuaderet, nihil scilicet istiusmodi penarum et calamitatis absque singulari Dei permissione ac providentia contingisse, tantum absit ut eas molestè ferret, quin potius aquo animo cuncta toleraret, ac totum sese divino committeret arbitrio, à quo in omnibus dependebat; unde flebat ut tantis obrutis calamitatibus, animo tamen nunquam dejiceretur, sed in Deo magis in dies firmaretur; atque semetipso semper gloriiosius evaderet. Quod solerter expendens S. Chrysostomus hom. 3 de Patientia Job, sanctissimum lumen virum in primo illo felicitatis statu plurimi bonis operibus vacantem, cum semetipso in statu deinde miserarum et arborum plurima visa horrida, auditi gravia, tolerata aspera, et uno verbo, quacumque vulgo mala nuncupantur, perpetiente, comparans atque compónens, acutè quarti, utro ex capite Jobi virtus clarius et gloriiosius apparuerit; nec dubitat asserere, et tanquam ratum affirmare, Jobum ex sua patientia longè quam ex beneficentia illustrissima evasisse, faciliè id ex sacro textu probat, quandoquidem diabolus de ipso in forenti adhuc formam plurima bona patrante male suspicatus est dicens vers. 11: *Tange cuncta quæ possidet, nisi in fidem benedixerit tibi.* Nequam tamen de ipsius usque ad finem gravissima quæque mala sequo, forti et constanti animo tolerante quidquam istiusmodi ausus est suspicari; ubi enim vidit invitacum ejus tolerantiam jam esse consummatam, planè confusus obnuit, et nullas amplius adversus eum columnas confingere præsumpsit, quemadmodum ex sequentibus patet, ac S. Chrysostomus disertissime his verbis expressit dicens: *Ut discas quoniam majorem diabolο plagan intollit, cùm subtilis sibi bona gratias egit, quācum cūm possidens miserabatur pauperum audi.* Cūm possidet vel suspicione diabolus habuit, quoniam non gratis colit Job; ubi verò universa surripuit, omnibusque nudavit eum, hic verò eamē deinceps servauit mentem; tunc obstruunt est turpe illius os, nec tunc quid habuit dicere. Clarius quācum in prioribus justus erat; clarius quācum in delicia vives, eleemosynasque præbens. Scripta enim bona generosè et cum gratiarum actione tolerare multò mājus est. Nam secundis quidem rebus gratias referre Dei non admodum mirabile; porro cūm mutus fuerit fluctus, cymbaque circumacta pericitur, tunc magna atque excellens est patientia atque bona voluntatis ostensio.

Ideam in eadem homilia majoris claritatis gratia latitudine ac fusis singulis pietatis opera, que Jobus obseruat, cum singulis patientie actibus, quos exercerat, inter se comparando, hosque illis preferendo recent dicens: *Quando fuit illustrior? etiam dominum cunctis aperuit, aut enim eadem cadente beneficiis Deum, nulloque amaro sermone locutus est?* Quando aclarior fuit? cum pri natus agetabat sacrificium, atque concordiam aducebat, aut quando ipsis contu-

culatus functisque vita amarissimo mortis genere? cum unitate cum philosophia casum tulit? Quando magis ceasavit? cùm de velleribus agnorum suorum calefacti sunt nudorum humeri, aut cum audiente de celo ignem descendisse, gregemque consumpuisse cum pastoribus, non est turbatus; nec tumultuans quid pergit, sed mansueti tulit calamitatem? Quando maior fuit? cùm ad oppressorum defensionem corporis sanitati utebatur, conterens molares iniquorum, et è medio dentium eorum predam criپtis; can eum hoc ipsum corpus, oppressorum scutum, constini veribus videbat, sedensque in sterquilino sanie radebat testam accipiens? Et illa quidem omnia præclarè gesta; hec autem patibula tormentaque erant: sed tamen plus hec quam illa Job clarior est ostenderunt, siquidem eum illa siebat contradixit tamen diabolus dicens: *Numquid frustrā colit Deum Job?* His verò contingentibus se occupans terga dedit. Sic ille, Pulchrum sanè et Deo dignum spectaculum, in quo fortis vir cum Satanā decerat, et omnes eius insidias casso vulnera deludit. Ova, triumphat Jobus, et insuperabilis patientia munitus tartareos ictus valenter elidit. Adversarius semel iterumq[ue] victus pugnam fructu instaurat; et animos virtutis pugil illustriore tentatore triumphum iterum agit. Meret andax demon se ab homine vinci erubescens, nec extorxisse consenserit in peccatum, quem tot machinis intendebat. Firma quippe et inconcessa in his omnibus sua constitutio Jobo constantia, nec a solo virtutis quadro vel ad latum iugum defexit. Vis nōs quid acerbius ferat diabolus cum fructu tentationis frustrat? audi Emissionem Homiliam de S. Stephano de non absimili casu sic eloquenter philosophantem: *Deinde, ait, ut antiquis illi religiosis iniunctis (diabolos, inquam) etiam aliud iudicium sentiat prenam militare suam, per quam se sanctorum glorie intelligit militasse.* Scilicet totos invidas odique nervos pugnaciam diabolus contendit, ut tentationis aut subdola fraude aut exercitus machinis Jobi subrat virtutem, et sanctitatis gloriam funditis labefactet; cum verò tandem triumphatore vide, et se victimam dolet, et palmarum victimi invideat; et quō gravius excrucietur atrocioris invida lamēta, per tentationem illam se Jobi gloria intelligit militasse. Audi enim quām fortis et constanti animo hanc quoque tam funestam et huctusas filiorum suorum cladem invictus athleta sustinuerit.

VERS. 20. — Tunc surrexit (1) Job. Magnam bñi verbo, surrexit, vir et energiam inesse notam interpres; ac in primis Philippus Diaconus ait eo declarari magnam viri constantiam, et invictum animi ro-

(1) Vel 1^o à prandio, sive cena; vel 2^o à negotio quod tunc agebat; q. d. Relictis omnibus aliis occupationibus, ad lucum se accinxit. Sed non necesse est prius sedisse; surrexerit enim in sacris est, quicquam agendum agredi.

(Synopsis.)

2^o) Surrexerit, b. 1. significatio agredientis agendum aliquid, ut 2 Sam. 13, 31, Jon. 13, 6. Quoniam et Arabes usurpare solent, in formula illa vulgaris, ab A. Schulensi et Firuzabadi Lexico adducta: *Surrexit plangere, pro occipit plangere.* (Rosemann.)

bur, quo tantas calamites generosè sustinuit; siquidem haudquaque illis consternatus succubuit, neque fuit de numero illorum de quibus David ait. Psal. 159, 47: *In misericordiis non subsistunt; sed surrexit, id est, infracto animo stetit, omnibus adversitatibus superior evasit.* Surgendi præterea verbo in Scripturis non raro designatur animus viri fortis ad bellum sese comparans, ita ut surgere idem sit quod sese robore, semetipsum erigere, et ad prælium se paratum ostendere, promptum esse et expediu ad insulsum hostilem sustinendum, et inimici vires infringendas. Quo sensu David rex potens in prælio, Psal. 67, 2: *Egressus, impunit, Deus, et dissipans inimici eius;* deque illis qui prælium intiri erant dicitur 2 Reg. 2, 14: *Surgant pueri, et ludant coram nobis.* Cum ergo Job ab ipso demonie, jurato generis humani inimicio, se ad pugnam haud obscuris signis provocari cerneret, haudquaque fractus animo congressum refugit, neque terga inimico dedit, aut arenam deseruit; sed tanquam fortissimus athleta surrexit, duellum acceptavit, ad prælium se accinxii. O miram infracti animi fortitudinem et inauditam generositatem! Cur non potius sedebat, aut jacebat, ut quietis aliquantulum indulgeret animo tot tamquam calamatum nuntiis recens exulerat? Quoniam adhuc surgere potuit vir divinus tantis dolorum et tristitiarum spiculis saucitus? Quoniam non magis illum moles tanti discriminis opprimebat? Crediderim sanè ad inauditam sustinentiam viri presentiam ipsam, quantumvis aliquippe per se gravissimes, leviores factas esse calamitatis; quemadmodum pulcherrimo exemplo D. Basilis in Catena Gracæ declaravit dicens: *Priori nuntio calamatet narranti posterior interveniebat, qui acerbius rerum segritudinem mereorempque afferbat; calamatias è calamatate erat apia, atque eruntus unclaram concursionem imitabantur; needum prior lacryma desederat, cùm recentis causa afferbatur: justus autem quasi scopulus consistebat, ac vim tempestatis excipiens, fluctum violentam incursionem credigebat in spumam, nihilque eorum quæ contingunt dignum lacrymis existimat. Postquam vero tumultus venit, qui diceret in convivantes filios et filias violento flatu convivi domum irruisse, tunc communī sensu naturæ patefacto vestem concidit, ut et re propinse voluntatis sue erga liberos significationem dare.* Ita eleganter D. Basilis virum justum eum scopulo comparans, qui, ut ipse firmior stat, sic durius ac violentius mole fluctum verberatur, eò magis illos in spumam redigit levitatem. Quenadmodum enim videtur est densissimam undarum molam in scopulos impingentem, in eorumdem firmitate contractam et illisam, totam illiciò in spumam abire, aut in nebula resolvi; pari modo mundi hujus persecutions, ac rabidissima tyrannorum ire, et quelibet adversitates, dum viri coquasiō fortis ac constantis marmoreum ac solidissimam virtutem firmatum peccus inveniunt, confessum mollescent, et omnem quodammodo acrimoniā et acerbitate perduunt, adeo ut quæ alia durissima videbantur flagra,

spemarum lenititudines apparent. Pulchri ibidem Origenes expeditus illud verbum, surrexit, ait: Primum surrexit, et ita deinceps se prostravit; surrexit ad prelum, prostravit ad pacem; surrexit ad vice perfectionem, prostravit se ad coronam perceptorem. Ergo victoria perfectio est solenniter militem insurrexisse? Cur non magis concertationem quam conatu victory debetur? quia nimur illud ipsum ferventer exsurgere ad pugnam quasi victory est et operis consummatio. Sequitur:

Et scidit vestimenta sua (1). Sed quorsum haec vestimentorum scissio spectabat? Sex quidem interpretationes ac rationes ejus exhibe. Pineda noster, ad hunc locum explicandum valde accommodatas; verum illa mili pte ceteris videtur ad presens instatum accommodator, quam sexto loco leviter attigit, et Origenes lib. 1 in Jobum clarius expressit dicens: Considit vestimenta sua, sine mora semperim ad ipsas preparans plaga: Ecce, inquiens, corpus nudum; ecce corpus detectum; vos flagellate, inimici, tanquam Dei satellites, ego autem sufferam; vos verberate, ego autem sustinebo, dicens cum Jerome: Dorsum meum dedit in flagela. En tamen innocensissimum patriarcha non modo se ab inflictis ponis non excusat illas subterfugiat, verum etiam ad alias prioribus acieribus promptum et paratum sese offerat, quemadmodum ista vestimentorum conscientia manifeste declarat; que simili etiam ostendit ipsum artis luctatoris perfectissimum, pugilumque fortissimum ac legum gymnicarum observissimum existisse. Nam luctatoribus, praesertim Syris, id olim solemne constat, ut quando manus cum adversario conserendas essent, vestibus sex eixerint, aut illas conserderent, ac nudo pectori in hostem instarent. Id lucidi et dimicandi morem alludens Apostolus 1 Cor. 9, 25: Omnis, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Quem locum

(2) Palma sum, vestem superiorem, sive exteriorem. Al. tunica, ea est vestis interior. Vestem elegantiem, Id fecit ad testificandum luctum sumum, quo cor ipsius laecaretur. Confer Gen. 57, 34. (Synopsis.)

Et tunc capite, ex more. Vide Plat. in Aristotele p. 399; Jun. de Com., c. 5; Alex. ab Alex. 5, 18. Alter, et evoluti, etc. Capillos evoluti, praे impatiens. Comani vellebant in lucta, cum ali populi ut testantur Homer. Iliad. x, et x. Cicero Tuscul. Quæst. Lucian. lib. de Lucta. Aristoph. in Rant., act. 1, seen. 7; Martial. epigram. 2, 11; tum Oriens prope cipue. Vide Isa. 15, 2; Jer. 46, 6, et 48, 37; Ezech. 27, 31; Amos. 8, 10. Sic hebat calvites, quam lex vetuit, Lev. 21, 5; Deut. 14, 1. At Jobi tempore nondum interdictum erat, aut ipse sub illa Moses legatum non erat. Mori igitur movere gessit, et dolor quem humanitas expressit. Alioquin fuisse ἀπόρητον, stupidiisque et truncu similis. Vult nos Deus malum sentire, et ejus manum agnoscere, nec tamet dolor cedere. (Synopsis.)

Et tunc capite, ex more. Vide Plat. in Aristotele p. 399; Jun. de Com., c. 5; Alex. ab Alex. 5, 18; Esth. 4, 10. Sic hebat calvites, quam lex vetuit, Lev. 21, 5; Deut. 14, 1. At Jobi tempore nondum interdictum erat, aut ipse sub illa Moses legatum non erat. Mori igitur movere gessit, et dolor quem humanitas expressit. Alioquin fuisse ἀπόρητον, stupidiisque et truncu similis. Vult nos Deus malum sentire, et ejus manum agnoscere, nec tamet dolor cedere. (Synopsis.)

(1) Comarum tonsionem in luctu non minus recepit fuisse, quam evulsionem, plurimis veterum testimoniorum ostendit Bochartus. (Rosenmüller.)

illustrans D. Gregorius, homin. 32 in Matth., et coegeres omnibus accommodans, ait: Qui ad fidem agomen venimus, luctam contra malignos spiritus sumimus; nihil autem maligni spiritus proprium in hoc mundo possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Hanc igitur potissimum ob causam Jobus tanquam athlet generosissimum ex lege gymnicâ vestem considice putandus est, ut nudus cum demone nudo manus consereret ac dimicaret. In quem finem quoque tunc capite (1) in arenam descendisse memoratur; id quod antiqui stolidi prelum initius usitatum fuisse historiarum monumenta testantur. Unde Plutarchus narrat Magnum Alexandrum, priusquam prelum committeret, præcepisse milibus suis ut caput et barbam raderent, ne vel capillos quidem ipsi superesset, quo ab hoste in pugna prehendi aut teneri illo modo possent. Hac insuper capitum tonsione, ut ibidem optimè observat Origenes, non obscurè Jobus insinuavit se paratus non ad fortunę duntaxat, quemadmodum etiam perindea, bona dimittenda, sed ad corpus quod ipsum Deo immolandum, et ad caput suum quibusunque periculis pro ejusdem gloria fortiter objicendum. Pulchra id similitudine seu metaphorā Origenes illustrat his verbis: Cum comam capitū totundisset, eam adversarii proiecti: Ecce, inquiens, tollite et hanc. Arbor sum fructifera, omnia à me superflua proiecio, ut illibatus perfectum fructum offeram. Vitis sum bene macerata; ascendo à me universa supervacanea, ut incongruū omnibus dicar purgatus, ac iustitia proferam perfectum fructum. Et ut ipsum ob priores plagas nequaque animo concidisse aut præ mortore contabuisse, sed ad maiores potius excedendas promptum exitisse, et præ latitudo spiritus quodammodo exultasse ostenderet. (totundit, inquit, comam capitū non ut lugens, sed ut luctum deponebas atque proieciens, omnique lucta per toleriantem superiori exists; sicut Joseph, cūm de carcere a Pharaone educeretur. Ubi singularē Jobi tolerantium expede; nam non minus leitus ab antiqua gloriā et pristino splendore ad novas penas et arcamina inauditas ferebatur, quam qui à carcere ad palatum educuntur; quemadmodum enim hi tendentur in signa latitiae quid in libertatem asservant, ita ille tendebatur, ut proderet animum gestiū, item, quo se majoribus pro Deo ponis liberetur offerebat tolerandis.

Verum haec omnia secundum superiorem hominis portionem esse dicta intellige, quia nimur puros, cui nihil preter Deum sapit, animus sese perfectissimè divina voluntati ac dispositioni in omnibus pari prouulnitate, si non majori, in diversis aquæ ac prosperis accommodat cum liquidissimo spiritualis sensu volupatis, que in summa etiā exterioris inferius risque hominis afflictiones quasi per antiperistasis intendi vehementius et angri in immensum solet, dum anima pia omni prouersus humano ac temporali solatia anima

destinata totam quantam se in Deum sincerissime transfundit, et præter eum solum ejusque voluntatem nil penitus desiderare se intelligit; unde tantum in eā spiritale gaudium resulat, ut nesciam si post beatitudinem magis aliquod in terris dari possit.

Cum hoc tamen simus optimè consistit, ut infima pars hominis, quae sensu potissimum dicitur, ea quae sibi propria sunt et sentiat et gerat, nec non exterius quoque signis, v. g. singulibus, dolorem sum tristitiamque, honestè tamen ac moderatè, prout, prout ipsem Christus quoque Dominus noster in horto ac passione, et subinde etiam in vita similes affectus prodidisse cognoscitur. Et sic ea quo superiori parte animi prompti et expediti aut etiam gaudientis signa interpretari sumus, quā optimè simul secundum inferiorē hominis portionem sumi possunt pro indiciis animi in summo morore atque extremis angustiis constituti. Quare in hoc sensu, quid Job vestimenta scidit, quid caput totonderit, et in terram pronus corruerit, significativa erant maximi doloris, quo secundum infimam hominis partem urgabatur. Nam in dolore vestimenta quondam scindit conseverisse tam sacra quā profana monumenta testantur; sic nimur Jacob vestimenta sua scidisse scribitor, quando Josephum filium suum dilectissimum a bestiis devoratum audiebat: Scissisque vestibus indutis est cilio, lugens filium suum multo tempore, Gen. 37, 54. Similiter in libris Regum narratur David in funere Saulis præcepisse viris omnibus qui cum eo exquisiti intererant, ut in signum doloris ipsum scissis vestimentis plangerent: Et apprehendens David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, et planzerunt, et fleverunt, 2 Reg. 1, 11; idem quoque alii in morte Abner præcepit his verbis: Scidite vestimenta vestra, et accingimini sacris, et plangite ante exequias Abner, 2 Reg. 5, 51. Quod et fecerunt Ezechias legit lib. 4 Regum, cap. 1, v. 48, et ipse Ezechias, cap. 19, cum audisset quām impie adversus Deum Assyrii loquerentur, et quām ingens Hierosolymae excidium immisererat. Id ipsum inter externos, re à Mardonio infeliciter gesta, Lacedemonios fecisse tradit Herodotus lib. 4. Ex qua consuetudine apud Virgilum quoque lib. 12. Eneido:

..... It scissa teste Latinus

Conjugs attonitus fatus urbisque ruinā.

Similiter quoque ab causam olim capillos barbamque tendere solitos accipimus eos qui rebus prosperis ac latissimam alere conservaverunt. Quamobrem istiusmodi externa doloris indicia, quae Jobus in tantā liberorum suorum strage atque bonorum omnium directione secundum exteriorē hominem ediderat, neque seruumarum acerbitas, neque animi calamitatibus fatigati impotencia, sed mos, ut jam ostendamus, multis scilicet in veteribus expressit. Neque vero perfecta virtus hoc a nobis postulat, ut in calamitatibus aut arcamina handquaquam doleamus, quemadmodum Zeno et Stoici opinabantur, sed ut nihil in honesti, nihil indecori nihilque effeminitati dolore compulsi admittamus. Tantum autem abest, ut predicta doloris

indicia contra virtutem aut honestatem militarent, quin po ihs certissimum verē paterni atque humanissimi affectus existirint argumentum, quæ si omisisset, in omnium plenè gentium comprehensionem jure merito incurrit. Atque hoc modo utraque de predictis signis sententia inter se quām optimè conciliatur, si prima secundum superiorem, altera verò secundum inferiorē hominis portionem exponatur. Tametsi enim animo prouersus hercō et invito secundum spiritum in tantas se seruinas incidisse plurimum gauderet, et majoribus se pro Deo periculis et difficultatibus labens volensque offerret, secundum infimam nihilominus partem hominis, quae sensu afficitur, et dolorem maximum percipiebat, et ingentia mororis signa pre se ferebat, decentia tamen, et in istiusmodi calamitatibus viris etiam fortissimum usitata, qualia tunc erant, è loco suo surgere, vestimenta scindere, capillos raderet. Job igitur tot funerum accepto numerio scidit vestimenta sua, quā crudelitatem funeris justa prout poterat solvāt et acerbi doloris signa edat. In quo illustris Jobi pietas et aspectabilis virtus mirificē eluxit, ut pulchrit̄ in Catena Chrysostomus declarat: Quod vestem disciderit, comamque totonderit, haud mireris; pater enim erat, ac pater liberorum amans; natura condolecentis sensus ostendendus erat, et animique philosophia minimè occultanda. Nisi enim illud fecisset, suspicatus forsan quispiam esset ejus philosophiam à communī sensu humanitatis abhorre. rere. Nempe in filiorum strage peracerbum doloris sensum vestigium scissionis Jobus publicat, ut dum mestum angorem ostendit, arcenam virtutis philosophiam minimè occultaret. A communī sensu humanitatis non abhorret, ut etiam animi tranquillitatem obvetet, et dum doloris sensum acerbitas ostendit, animi immobilitatem teatū dissimulat. Idcirco enim gravissimo angori documenta foris exhibet, ne humana fastigio sublimior appareret. Quid porrō?

CORRIENS IN TERRAM (1) ADORAVIT (2). Cestus iste corporis in terram corrugantis, partim lugentis, partim adorantis esse cognoscitur, quemadmodum et ipsa rei natura docet, et receptus jam inde a primis temporibus omnium ferè nationum usus approbare videtur. Anger enim et afflictus pavidiisque cordis pietatio non modo ipsius animi, sed corporis quoque vires sollet dejicere, sic ut fatiscat ei sua sponte collaboratur. Quamobrem hi, quos ingens aliquæ calamitatis opposit, ad summum mororem ac doloris significacionem humili procumbere, et pulvere ac cinere semeptos aspergerem conseruerunt. Orantes verò istiusmodi corporis in terram abjectionem adhibent, ut testandam singularē animi reverentiam erga summi Numinis majestatem, quam venerantur; haec in celestibus quoque reperiri sacra littera prodiderunt, et expressit eleganter Petrus Chrysologus, Serm. 5, dicens: Pa-

(1) Procedit humili. (2) Adoravit, ut Josua fecisse legitur animi mororem declarandi causa, 7, 6.

(Rosenmüller.)

(2) Adoravit, sub. Jehovah, eum laudans, et se illi cum humilitate submitens. (Synopsis.)